Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26300
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Hec quo christum existimabant quia christum in die visitationis sue ve
nisse non intellegebant esse ecclesie sponsum. qui propheticis sermonibus erat
ante promissus. Sed sicut ille propinquus negavit. et postea iungitur ruth
booz. ita et christus qui verus ecclesie sponsus est. quem omnium prophetarum oracula
cecinerunt. dignatus est ex gentibus omnibus ecclesiam assumere. per totum or
bem terrarum. deo patri innumeros populos offerre. Quod vero excalciat se
cognatus ille. veterum consuetudo erat. ut si sponsus sponsam vellet
repudiare. discalciaretur ille et hoc erat signum repudii. Propterea in lex
excalciari iubetur. ne ad ecclesiam quasi sponsus calciatus accederet.
Hoc enim christo servabatur. qui verus sponsus erat. Decem autem maiorum natu
benedictio hoc ostendit. in nomine ihesu omnes gentes esse salvan
das ac benedicendas. Iota enim apud grecos decem significat. que prima
littera nomen domini ihesu summa perscribit. Que res ut diximus omnes gentes
per ipsum salvandas ac benedicendas esse demonstrat. Nec quisquam ergo
dubitet hec ut dicta sunt credere. cum videat universa et ab initio figu
ris antecedentibus precurrisse. et per adventum domini manifestata et ad
impleta sic esse. et que supersunt hoc modo perficienda in unitate consonantibus
omnibus et vocibus et figuris sanctarum scripturarum. que adimplevit his qui
sollicitus est per filium suum ihesum christum dominum regem et salvatorem nostrum. cum
quo illi est honor et gloria in secula seculorum AMEN

Incipit expositio ysidori in librum regum primum. CAP. I.
De nativitate samuelis.

POST LIBRUM iudicum sequitur regum. Et aspice
tempora. primo iudicum postea regum. sic erit primum iu
dicium postea regnum. In quibus quippe temporibus multis
et variis modis sacramenta christi et ecclesie revelantur. Nam
oo in erdo ab ipso exordio regum commutatum sacerdo
tium in samuele. reprobato hely et commutatum regnum in david reprobato
saule exclamaverunt prenuntiari novum sacerdotium novumque regnum. reproba
to veteri quod umbra erat futuri. in domino ihesu christo venturum. Nonne ipse da
vid cum panes propositionis manducavit. quos non licebat manducare nisi